



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quibus modis angeli mali noscant veritatem temporalium rerum. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

nequeant. Similiter etiam illud Isidori intelligentum est, Angeli mutabiles sunt natura: immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio sua conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad malum: sed post per gratiam, ita bono addicti sunt, ut inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia non natura.

*Quod angeli mali viuacem sensum non perdiderunt,  
& quibus modis sciant.*

*Lib. de sum-  
mo bon. i.  
Cap. 12. post  
medium.*

*Lib. 2. super  
Gen. ad lute-  
ram c. 17. in  
fin. Tom. 3.*

*Cap. 7. in  
 principio.*

Et licet mali angeli ita per malitiam sint obdutati, viuaci tamen sensu non sunt penitus priuati. Nam ut tradit Isidorus, triplici acumine scientiarum dæmones: sc. subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione supernorum spirituum. De hoc etiam Aug. ait, Spir. mali quædam vera de temporalibus rebus noscere permittuntur: partim subtilitate sensus, partim experientia temporum callidiores propter tam magnam longitudinem vite: partim sanctis angelis, quod ipsi ab omnipotenti Deo discunt iussu eius sibi reuelantibus. Ali quando iidem nefandi spiritus, & que facturi sunt velut diuinando prædicunt.

*Quod magicæ artes virtute & scientia diaboli valent: qua  
virius & scientia est ei data à Deo vel ad fallendum  
malos, vel ad monendum, vel exercen-  
dum bons.*

Quorum scientia atque virtute etiam magicæ artes exercentur: quibus tamen, non tam scientia quam potestas à Deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam probandamq; instorū patientiā. Vnde Aug. in lib. 3. de Trin. Video, inquit, infirmæ cogitationi quid possit occurrere: cur scil. ista miracula etiam magicis artibus siant. Nam & magi Pharaonis serpentes fecerunt, & alia. Sed illud est ampli⁹ admirandum, quomodo magorum potētia, que serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas,

scili-